

Dom. post octavam Assumptionis.

IN FESTO

PURISSIMI CORDIS B. MARIE

VIRGINIS.

DUPLEX MAJUS.

AD VESPERAS.

Antiph. Trahe me, cum
reliquis de laudibus.

Psalmi ut in Officio parvo
B. Marie.

Capitulum. Pone me...
ut in laud.

Hymnus.

Ave, maris stella,
Dei Mater alma,
Atque semper virgo,
Felix cœli porta.
Sumens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevæ nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,

Mala nostra pelle.

Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem.

Sumat per te preces,

Qui pro nobis natus,

Tulit esse tuus.

Virgo singularis,

Inter omnes mitis,

Nos culpis solutos,

Mites fac et castos.

Vitam præsta puram,

Iter para tutum,

Ut videntes Jesum.

Semper collætémur.

Sit laus Deo Patri,

Summo Christo decus,

Spiritui sancto,

Tribus honor unus,

Amen.
v. Exulta in omni corde, filia Jerusalem.
r. Rex Israel Dominus in medio tui.

Ad Magnif. Antiph. Exultavit cor meum in Domino, et exultatum est cornu meum in Deo meo, quia letata sum in salu- lari tuo.

Oratio. Omnipotens sempiterna Deus, qui in Corde beatæ Mariæ virginis dignum Spiritu sancti habitaculum præparasti: concede propitius; ut ejusdem purissimi Cordis festiuitatem deuota mente recolentes, secundum Cor tuum vivere valeamus. Per Dominum. in unitate eiusdem.

Ad Complet. et horas fin. hymn. dic. Jesu. qui natus.

AD MATUTINUM.

Invitor. Ave, Maria, gratia plena: Dominus tecum.

Psalm. Venite, exultemus Domino.

Hymnus.

Quem terra, pontus, sidera, Colunt, adorant, prædicant.
Trinam regentem machinam,
Clastrum Mariæ habulat.
Cui luna, sol, et omnia Deserviunt per tempora,
Perfusa cœli gratia,
Gestant puellæ viscera.
Beata Mater munere,
Cujus supernus Artifex Mundum pugillo continens.
Ventris sub arca clausus est.
Beata cœli nuntio.

Fecunda sancto Spiritu, Desideratus gentibus Cujos per alvum fatus est.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine Cum Patre et almo Spiritu.

In sempiterna sæcula. Amen.

IN I. NOCTURNO.

Antiph. 1. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.

Psalm ut in Officio parvo B Mariæ.

Antiph. 2. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum, et exultavit spiritus meus in Deo salutari meo.

Antiph. 3. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

v. Anima mea liquefacta est.

r. Ut locutus est dilectus.

Lectio. I. De Canticis Canticorum.

Cap. 4.

Quam pulchra es, amica mea, quam pulchra es! Oculi tui columbarum absque eo, quod intrinsecus latet. Sicut vitta coccinea labia tua; et eloquium tuum dulce. Sicut fragmen mali punicum, illa genæ tuæ, absque eo, quod intrinsecus latet. Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Vulnerasti cor meum, Soror mea Sponsa, vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum, in uno crine colli tui. Favus

distillans labia tua, Spon-
sa, mel et lac sub lingua
tua. Hortus conclusus,
fons signatus. Tu autem..

¶ Deduc me, Domine
in via tua, et ingrediar
in veritate tua: lætetur
cor meum, * Ut timeat no-
men tuum. ¶ Pone me ut
signaculum super cor tu-
um, ut signaculum super
brachium tuum. * Ut ti-
meat.

Lectio II.

Cap. 5.

Veni in hortum meum, So-
ror mea Sponsa, messui
myrrham meam cum aro-
matibus meis: comedi fa-
vum cum melle meo. Vox
dilecti mei pulsantis: ape-
ri mihi, soror mea, amica
mea, columba mea, imma-
culata mea: qui caput
meum plenum est rore,
et cinnamini mei guttis noc-

tium. Surrexi, ut aperirem
et dilecto meo: manus meae
stillaverunt myrrham, di-
giti mei pleni myrrham pro-
batissimam. Aperui dilecto
meo: at ille declinaverat,
atque transierat. Anima
mea liquefacta est, ut
locutus est. Tu autem..

¶ In Domino gaudēbo,
et exultābo in Deo Jesu
meo: Deus Dominus forti-
tudo mea * Super excelsa
deducet me. ¶ Læva ejus
sub capite meo, et dextera
illius amplexabitur me.
* Super...

Lectio III.

Cap. 5 et 6.

Qualis est dilectus tuus ex
dilecto, o pulcherrima mu-
lierum? qualis est dilectus
tuus ex dilecto, quia sic
adjurasti nos? Dilectus
meus candidus et rubicun-
dus, electus ex millibus,

lotus desiderabilis. Talis est
dilectus meus, et ipse est
amicus meus Filiae Jerusa-
lem. Quod a bil dilectus tuus o
pulcherrima mulierum, quod
declinavit dilectus tuus, et
quæremuseum tecum? Pul-
chra es, amica mea, suavis
et decora sicut Jerusalem
terribilis ut castrorum acies
ordinata. Una est columba
mea, perfecta mea, una
est matris suæ, electa ge-
nitrici suæ. Vidérunt eam
filiae, et beatissimam præ-
dicaverunt, et reginae lau-
daverunt eam. Tu autem..

¶ Inveni gratiam apud
oculos tuos Domine mi,
Qui consolatus es me, et
locutus es ad cor ancillæ
tuæ. ¶ In toto corde meo
exquisivi te, ne repellas
me a mandatis tuis. Qui
consolatus... Gloria Pa-
tri. * Qui consolatus...

IN II. NOCTURNO.

Ant. 1. Beata, quæ cre-
didisti, quoniam perficien-
tur ea, quæ dicta sunt tibi
a Domino.

Ant. 2. Fecit mihi ma-
gna qui potens est, et
sanctum nomen ejus.

Ant. 3. Fecit potentiam
in brachio suo, dispersit
superbos mente cordis sui.

¶ Fortis est ut mors
dilectio.

¶ Dora sicut internus
æmulatio.

Lectio IV.

Sermo sancti Bernardini
Senensis.

*Ex Serm. 9 de Visita-
tione.*

Quis mortalium, nisi di-
vino fretus oraculo, de vera
Dei et hominis Genitrice
quid, quam modicum sive
grande, præsumat pollutis
labiis nominare: quam Pa-
ter ante sæcula Deus per-
petuam prædestinavit in.

Gloria Patri... * Qui me...

IN III NOCTURNO

Ant. 1. Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me?

Ant. 2. Misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum.

Ant. 3. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiae suae.

✠. Ego dilecto meo.

✠. Et ad me conversio ejus.

Lectio vii.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Cap. 2. g.

In illo tempore: Dixit Mater Jesu ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus et ego dolentes quarebamus te. Et reliqua.

De Homilia venerabilis Bedae Presbyteri.

In Homil. Hyem. de temp. Dom. I. post. Epiph.

Mater ejus, inquit Evangelista conservabat omnia verba haec in Corde suo. Omnia quae de Domino vel à Domino dicta sive acta cognoverat Mater Virgo, diligentius in Corde retinebat, sollicitè cuncta memoriae commendabat, ut cum demum tempus praedicandae sive scribendae Incarnationis ejus adveniret, sufficienter universa, prout essent gesta, posset explicare querentibus Imitemur et nos, fratres mei, piam Domini Matrem, ipsi quoque omnia verba et facta Domini ac Salvatoris nostri fixa in corde conservando Tu autem.

✠. Aquae multae non potuerunt extinguere charitatem: * Neque flumina obruent eam. ✠. Si dederit

homo omnem substantiam domus suae pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. * Neque...

Lectio viii.

Horum Domini verborum et actorum meditatione diurnam et nocturnam importunos inanum nocentiumque cogitationum repellamus incursus: horum crebra collatione et noset proximos nostros à fabulis supervacuis, et male decoratis detractionum colloquiis castigare, atque ad divinae frequentiam laudis accendere curemus. * Si enim, fratres charissimi, in futuri beatitudinis saeculi habitare in domo Domini, ac perpetuo illum laudare desideramus oportet nimirum et in hoc saeculo, quod in futuro quaeramus, sollicitè praemonstramus: frequentando vi-

delicet Ecclesiae limina, et non solum in ea laudes Domini canendo, sed et in omni loco dominationis ejus ea, quae ad laudem gloriamque conditoris nostri proficiant, verbis pariter ac factis ostendendo. Tu autem.

✠. Spiritus meus super mel dulcis, et hereditas mea super mel et favum. Qui audit me, non confundetur. * Et qui operantur in me, non peccabunt. ✠. Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt. * Et qui... Gloria Patri... Et qui...

Lectio ix de Homilia Dominicae occurrentis; sed si extra Dominicam agi de hoc festo contingat, tunc Lectio ix incipiet ab asterisco posito supra Lectio viii. Te Deum.

AD LAUDES
ET PER HORAS.

Antiph. 1. Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.

Psalmus. Dominus regnavit, cum reliquis de Dominica.

Antiph. 2. Dilectus meus loquitur mihi: surge, propera, amica mea.

Antiph. 3. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo.

Antiph. 4. Adjuro vos filia Jerusalem, ne suscitetis dilectam quoad usque ipsa velit.

Antiph. 5. Ego dormio et cor meum vigilat.

Capitulum. Cant. 8. Pone me ut signaculum super Cor tuum; ut signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut

infernas æmulatio. Lampades ejus lampades ignis atque flammarum.

Hymnus.

O gloriosa Virginem
Sublimis inter sidera
Qui te creavit, parvulum
Lactente nutris ubere.

Quod Heva tristes abstulit
Tu reddis almo germine
Intrent ut astra flebiles
Coeli recludis cardines
Tu regis alti janua,

Et aula lucis fulgida
Vitam datam per Virginitatem
Gentes redempta plaudite,

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre et almo Spiritu,
In sempiterna secula
Amen.

Qui me invenerit, inveniet vitam.

Et hauriet salutem a Domino.

Ad Benedictus. Antiph. Extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi Beatus venter qui te portavit, et ubera quæ suxisti.

Oratio.

Omnipotens sempiternæ Deus, qui in Corde beatæ Mariæ virginis dignum Spiritus sancti habitaculum præparasti: concede propitius: ut ejusdem purissimi Cordis festivitatem devota mente recolentes, secundum Cor tuum vivere valeamus. Per Dominum.. in unitate ejusdem.

AD PRIMAM.

br. Christe Fili Dei vivi. Qui natus es de Maria virgine.

Ad Absolutionem Capituli lectio brevis: In omni

terra. ut infra ad Nonam.

AD TERTIAM.

Antiph. Dilectus meus. Cap. Pone me ut signaculum.

br. Anima mea liquefacta est. Anima. Ut locutus est dilectus.

Liquefacta est. Gloria Patri. Anima mea. Fortis est ut mors dilectio.

Dura sicut infernus æmulatio.

AD SEXTA.

Antiph. Fulcite. Capitulum. Eccli. 24.

Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam: ego feci in cælis, ut oriretur lumen indeficiens, et sicut nebula texti omnem terram.

br. Fortis est * Ut mors dilectio. Fortis.. Ut Dura sicut infernus æmu-

IN FESTO S. ANGELAE MERICI,

SOCIETATIS S. URSULAE FUNDATRICIS

VIRGINIS.

Dup.

Omnia de cū Virgin.

Oratio

Deus, qui novum per beatam Angelam Sacrarum virginum collégium in Ecclesia tua florescere voluisti: da nobis, ejus intercessióne, angelicis moribus vivere; ut terrenis ómnibus abdicatis, gaudiis pérfrui mereamur aeternis. Per Dominum.

In A. N. II. de Scriptura occur.

IN II. NOCTURNO.

Lectio IV

Angela Merici Decentiani, Veronénsis diocesis oppido ad Lacum Benacum in ditíone Veneta, piis orta parentibus, à prima etàte virginitatis liliū, quod perpétuo servare

statuerat, sedula sepsit. Ab omni muliebri ornátu abhorrrens, egrégiam vultus formam, pulchrámque caesariem studio se fœdavit, ut caelesti dumtaxat animarum Sponso placeret. In ipso autem adolescentiæ flore parentibus orbatá, austeriõris vitæ desiderio, in desertum locum an fugere tentavit; sed ab avunculo prohibita, novit præstare domi, quod in solitudine non licuit. Cilicio ac flagellis frequenter usa, carnem non nisi infirma valetudine, vinum in Nativitatis et Resurrectionis Dominicæ tantum celebritate, complures veró dies nihil omnino degustavit, Orationi dedita, brevissimum humi carpebat somnum. Dæmonem veró, sub lucéntis Angeli forma sibi illudere conantem, agnovit prótinus, et coniecit in

latio. * Ut mors. Glória Patri... Fortis est..

* Ego dilecto meo.

Et ad me conversio ejus.

AD NONAM,

Antiph. Ego dormio.

Capitulum. Eccli. 24-

In omni terra steti, et in omni pópulo, et in ómnibus réquiem quæsi, et in hæreditate Domini morabor.

* Or. Ego * Dilecto meo. Ego * Et ad me conversio ejus. * Dilecto meo. Gló-

ria Patri. Ego dilecto meo

* Qui me invenerit, invéniet vitam.

* Et hæriet salutem á Domino.

In secundis Vesperis, omnia ut imprimis, præter seq.

* Viam mandatórum tuórum cucúrri.

* Cum dilatasti Cor meum.

Ad Magnificat. Antiph. Exultavit Cor meum in Deo salutari meo: quia fecit mihi magna qui potens est.

fugam. Tandem paternis bonis abdicatis, et habitum et regulam tertiæ Ordinis sancti Francisci amplexa, evangelicam paupertatem virginitatis laudi conjunxit.

¶. Propter veritatem.

Lectio v.

Nullum pietatis officium erga proximos omittens, pauperibus, quidquid sibi ex emendicatio victu superesset, largiebatur; libenter ministrabat agrotis; pluraque cum magna sanctitatis fama peragravit loca, ut vel solatio esset afflictis, vel reis veniam impetraret, vel infensos invicem reconciliaret animos, vel e vitiorum cœno sceleros revocaret. Angelorum pane, quem unice esuriebat, frequentissime refecta, tantâ charitatis vi ferebatur in Deum, ut sæpius extra sensus raperetur. Sacra Pæstina loca summa cum religione obivit, quo in itinere et visum, quem ad Cydonias appulsa oras amiserat, eodem regressa recuperavit, et barbarorum captivitatem, ac nau-

fragium imminens divinitus evasit. Romam denique firmam Ecclesiæ Petram veneratûra et amplissimæ Jubilæi vniæ percûpida, sedente Clemente septimo, accessit: quam Summus Pontifex allocutus, ejusdem sanctimoniam suspexit, et commendavit summopere: nec ab Urbe ipsam abire ante permisit, quam alió cœlitus vocatam agnovit.

¶. Dilexisti.

Lectio vi.

Brixiam itaque, ubi domum ad sanctæ Aphræ templum conduxit, reversa, novam ibi virginum Societatem, sicut cœlesti voce hæc visione mandatum sibi fuerat, sub certa disciplina sanctisque vivendi regulis constituit, quam sanctæ Ursulæ, invictæ virginum ducis, patrocinio ac nomine insignivit: eam verò perennem futuram morti proxima prædixit. Tandem prope septuagenaria, dives meritis, evolavit in cœlum sexto Kalendarum februarii anni millesimi quingentesimi et quadragésimi, cujus cadaver per ipsos

triginta dies inhumatum, flexibile ac vivo simillimum perseveravit. Dènum in sanctæ Aphræ templo, inter cæteras, quibus illud abundat, Sanctorum reliquias repõsito, plurima ad ejus sepulchrum agi statim cœpere miracula: quorum fama latè diffusa, non Brixie modò et Decentiani, sed alibi etiam vulgo cœpit nuncupari Beata, ejusque imago aris imponi: imò sanctus ipse Cærolus Borromæus non multis post annis dignam, quæ ab Apostolica Sede in sanctarum virginum album referretur, Brixie palam assèruit. Cultum verò illi jamdiu à populis exhibitum, et tum locò-

rum Ordinariis probatum, tum pluribus etiam Summorum Pontificum indultis munitum, Clemens Papa decimustertius solènni decreto ratum habuit, ac confirmavit. Eam tandem, novis miraculis ritè probatis iusignem, Pius Papa septimus solènni canonizatione in Vaticana Basilica peracta, die vigèsima quarta maji, anno millesimo octingentesimo septimo sanctarum virginum catalogo adscripsit.

¶. Afferentur.

In 3 N. Homilia in evangelium Simile erit regnum cœlorum decem... de cni 4 loco.

Missæ *Dilexisti* 4 or. pr.